

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6805

**Auteur(s) :** Hommes de Veules [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Henri de Sully, Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1159]

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Accord conclu, en présence de Henri II, entre l'abbaye de Fécamp et les hommes de Veules, sur les coutumes de la pêche dans cette localité.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXXI, t. 1, p. 227.

## Dissertation critique

« 1156-1159 ? » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 227.

Texte établi d'après a

Noverint presentes et futuri quod talis fuit compositio inter abbatem Henricum et homines suos de Wellis, coram rege Henrico, apud Rothomagum, a[s]sistentibus coram rege Roberto de Novo Burgo, tunc senescallo Normannie, Roberto filio Hamerici et aliis baronibus multis, quod abbas Fiscannensis et conventus de unaquaque navi de terra sua debent habere lothos allectium et makerellorum omni tempore quo piscari possunt. Et si piscatores partiri voluerint de allecte vel makerello plusquam unum centum, baillivi abbatis habebunt de residuo lothum suum. Et ubicumque terrarum piscabuntur, predicta ecclesia Fiscannensis lothum suum plenarium et integrum de predicta piscatione habebit de unaquaque navi. Et si forte aliquis de terra abbatis conduxerit navem suam alicui piscatori qui non sit homo abbatis, nec ideo ecclesia Fiscannensis minus habebit lothum suum. Si vero aliquis de terra abbatis feodum suum reliquerit ut ad alienum transeat dominium, abbas totum feodum in manu sua capere potest. Et si aliquis piscabitur piscem qui dicitur sus maris vel flatus, baillivi abbatis, cujuscunque magnitudinis et valoris fuerit, illum pro tribus solidis habebunt. Et si forte aliquis hominum de Wellis obierit, ecclesia Fiscannensis totam portionem suam, salvo jure parrochiali, habebit. Et pro hiis omnibus in pace habendis, relaxavit eis abbas consuetudinem que vocatur bannum et consuetudinem flotarum et allectium que habebunt de piscatione sua, si in alienam terram per mare deferre voluerint ; sed si per terram portaverint, vel alius pro eis, plenariam costumam dabunt. Si forte tempore piscationis allectium vel makerellorum Fiscannum venerint, unaquaque navis unum sextarium cervesie et duodecim panes habebit. Johannes vero filius Thoroldi debet habere per annum semel dimidium sextarium vini et duos panes et duos mensales coquine et prebendam unius equi. Omnes

autem homines ville debent esse fratres ecclesie successive, ad conservandas ecclesie Fiscannensis (sic) omnes predictas consuetudines.

Testibus : Willelmo Bruncoste, Radulfo filio Liccelin, Radulfo Morel, Johanne filio Thoroldi, et aliis.